



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Quaestio 28. De libris da[m]natibus ab Inquisitoribus Aragoniae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

QVÆSTIO XXVIII.

De libris damnatis ab Inquisitorib.
Aragonæ.

S V M M A R I V M.

- 1 Arnaldus de Villanova libros in Theologia scripsit.
 2 Libri eiusdem multi damnati, & qui.
 2 Gondisalui Virginale liber condemnatus.
 4 Liber de invocationibus dæmonum publice combustus.
 5 Bartolomei Janouei. De aduentu Antichristi libri damnati.

VIgesima octava quæstio est: Libri hereticæ, & erronei, per Inquisitores Cataloniae, & Aragonæ, cū prælatis illarum partium condemnati; qui sunt?

1 Ad hanc respondemus, quod tempore Domini Clementis Papæ quinti, fuit in partibus Cataloniae quidam magnus medicus, vocatus magister Arnaldus de Villanova, qui de Theologia condidit multos libros, quos tanquam falsos, & erroneous auctoritate Apostolica, licet non de expresso mandato domini nostri Papæ frater Ioannes de Longorio ordinis Prædicatorum Inquisitor in partibus antedictis, & Gaufredus de Crudillist Vicarius Ecclesiæ Tarraconen, sede vacante, sententialiter condemnarunt.

Libri autem condemnati per eos, isti sunt.
 2 Libellus, qui intitulatur: De humilitate, & patientia Iesu Christi, & incipit: Si l'amor natural.

Libellus, qui intitulatur: De fine mundi, & incipit: Entes per vostres letres.

Libellus, qui intitulatur: Informatio Beguinorum, seu lectio Narbonen. & incipit: Tots aquells.

Libellus, qui intitulatur: Ad priorissam, vel de charitate, & incipit: Beneyt ha, cloat Iesu Christ.

Libellus, qui intitulatur: Apologia, & incipit: Ad ea qua per vestras.

Libellus seu littera, quæ incipit: Domino suo charissimos.

Libellus, qui intitulatur: Denicatio facta eorum domino Episcopo Gerunden. & incipit: Co ram vobis.

Libellus, qui intitulatur: De eleemosyna, & sacrificio, & incipit: Al catholich Inquisidor.

Liber qui incipit: Peræo com molts desigñaber.

Libellus, qui incipit: Alia informatio Beguinorum, & incipit: A ls cultiuadors.

Libellus, qui incipit: Dauant vos senyer en la chme per la grata de Deu Rey D'Arago.

Libellus, qui incipit: Quant fuy Aunio.

Libellus, qui intitulatur: Responsio contra Bernardum † Richardi.

† Forte Cruyiles.

† al. vel charitatem.

† al. benedictum.

A Isti libelli fuerunt condemnati propter multis errores in eis repertos, qui recitantur supra, q. 11.
 3 Post b tempore domini Innocentij Papæ VI. fuit in partibus Cataloniae, videlicet Barchinone, quidam vocatus Nicolaus de Calabria, disceplulus in erroribus eiusdem Gondisalui: dictis Conchenis in Hispania. Hi duo, scilicet Gondisalui: dictando, & Nicolaus scribendo, de monere, considerunt quandam librum errorum, & hæresum, quem Virginale + vocauerunt: hic liber dictus frater Nicolaus Eymericus Inquisitor prædictus, & Vicarius Episcopi Barchinonensis, Arnaldus de Buschetis (dicto Nicolao primus, ut relatio tradito brachio seculari, combusto) sententialiter condemnarunt propter hæreses, & errores in eo contentos, quæ recitantur supra, q. 11.

4 Item tempore eiusdem Innocentij Papæ VI. idem frater Nicolaus Eymericus Inquisitor, & Arnaldus de Buschetis condemnarunt publice Barchinon. & comburi fecerunt quandam magnum & grossum librum dæmonum invocationem in septem partes distinctum, qui intitulatur: liber Salomonis, in quo erant scripta sacrificia, orationes, oblationes, & nefaria quam plurima fieri debentibus consultata.

5 Item tempore domini Urbani Papæ V. Episcopus Barchinon, frater Berengarius de † Rilie, & frater Nicolaus Eymericus, prædictos duos libellos de aduentu Antichristi, quos a ediderat quidam Bartholomæus Janouei de insula Minoricarum, in Sede † Barchinon, ut hæreticæ, & + hæreses fecerunt, propter hæreses, & errores in eis contentos, quæ recitantur sup. q. 11.

COMMENT. LIII.

D a **Q** Vd tempore domini Clementis Papæ V. fuit in partibus Cataloniae quidam magnus medicus, &c. Arnaldus de Villanova.] De hoc Arnaldo de Villanova eadem quæ hic recensetur, dixerat Eymericus paulo ante q. 11. huic partis, ubi dixi. illi autem errores huic Arnaldo recutitur Eymericus: hic vero libros eius, & opuscula recenser, in quibus illi errores continebantur. vide Bernardum Lutzenburgum in catalogo hereticarum, li. 2. verbo, Arnaldus de Villanova, & Prato li. 1. de vitis, & scilicet hereticorum, c. 69.

E b Post tempore domini Innocentij Papæ VI. fuit, &c. quidam vocatus Nicolaus de Calabria.] De hoc item Nicolaus de Calabria, & Gondisalui eadem hæc scribit Eymericus supra in hac 2. part. q. 11. nn. 9. Lutzenburgus in catalogo hereticorum lib. 2. verbo, Nicolaus de Calabria.

Iam librum hunc hæretibus plenum, quem afferit hic Eymericus a Nicolaus de Calabria. & Gondisalui fuisse compositionem, verisimilius ei Virginale, quam Virginianum fuisse ab eis nominatum, signos est visitatis hereticorum libris a se editis, & de prauatis optimis, & honorificos titulos facere, ne facilius decipiiant incautos, sicut copiose offendimus lib.

lib. 1. de causis, unde heresies oriuntur.

c Et comburi fecerunt quandam magnum, & grossum librum dæmonum inuocationum.] Ex titi superioribus seculis in Hispania inter infideles Arabes, qui circa annos Domini DCCXIV. transiugit, to Herculeo fredo Hispaniam occuparunt, et Indoës qui ibidem degebant, frequens superstitione de consulendis dæmonib. est enim hec gens magna per huic illico studio dedit, qui eam artem de inuocandis dæmonibus in scripta redigebant, et quasi hereditaria suis posteris relinquebant. multi autem ex his qui sacro baptisme erant olti, etiam eandem superstitutionem sequebantur, & ea scripta retinebant contra expressas canonum iustiones. ea vix aboliri potuerunt, donec ab Hispania Hæbrei pulsionis, et baptizati Saraceni, & officium Inquisitionis diligenter exercerceptum; fiebant autem per huiusmodi nefarias inuocations pro�ris mira quedam, & penit credibilia, ut saepe a meis maiorib. audiuisse me memini.

Qui vero haec exercent, proculdubio subdūtūr? Inquisitorum iurisdictioni: quia cum haec inuocations raro sicut sine sacrificio demoni exhibito, heresim sapient manifeste, iuxta tex. cū gl. in verbis saperet. in ca. accusatus. S. sanè de hereticis. lib. 6. docetque C eleganter Eymericus quæstione proxime sequenti, item amplius. q. 43. huic 2. partis.

d Quos ediderat quidam Bartholomaeus Iano uel.] De hoc item Bartholomeo Janonefis una cū Eymerico egimus supra in hac 2. p. q. 11. adde Parisiis Theologorum scho la intuita in viuera ferè Gallia superstitutiones, dæmonum inuocations, & sortilegia non sine magna fidelium perniciose abundare, decretum cedit. quo dānatur XXVIII. articuli partim hereticales, partim errore, partim vero blasphemie, quos hic breuitatis gratia omitto: leguntur tamen in calce sentiarum Petri Lombardi, & eos refero infra, q. 43.

Q V A E S T I O X X I X .

Delibris in Italia & Gallia.
damnatis.

S V M M A R I V M .

- 1 Dulcini epistola due condemnata cum ipso auctore.
- 2 Libri diuinationum, Necromantie, Chiromantie, &c. reprobati.

Vigesima nona quæstio est: Libri hereticales, & erronei, per Inquisidores in Italia, & Francia, & alijs mundi partibus condemnati; qui sunt?

1 Ad hanc respondemus, quod temporibus minorum Honorij Papa IV. & Nicolai IV. Episcopus Parmentis, & frater Manfredus ordinis prædicatorum Inquisitor in illis partibus Italiae duas epistolæ cuiusdam Dulcini Nouariensis ut hereticales (ipso Dulcino, ut heretico concerto) sententialiter condemnarunt, propter heretices, & errores in illis contentos, quæ recitamus supra, q. 12.

2 Item in partib. Galicanis, videlicet Parisis Episcopi Parisien. & Senonen. ac Inquisitor de ordine prædicatorum, & de magno consilio magi-

A strorum in Theologia, & in decretis doctorum ut error. eos, & sacrilegos, & blasphemos sententialiter condemnarunt omnes libros diuinacionum, & sortium, & scilicet Libros necromantie. Libros Geomantie, Libros Pyromantie, Libros Hydromantie, Libros Chiromantie, Libros decem annulorum Veneris. Libros tot Greici, & Germaniæ & Babylonenis. Libros quatuor speculorum, corundem. Libros imaginum 7 hominis Bantricat & Libros imaginum Ptolemai. Libros Hæreticis magi ad Arilitolem, quem librum dicunt & Aros, idest Gabrielem habuisse a Deo, in quo sunt horribiles inuocations, & fugationes detestabiles. In omnibus enim istis libris sunt pacta, & fædera cum dæmonibus, & inuocations, & sacrificia, tacite vel expresse, quæ exhibere dæmonibus sapit heresim manifeste, ut dicitur inf. q. 43.

C O M M E N T . L I I I I .

D Vas epistolas cuiusdam Dulcini Nouariensis] De Dulcino copiose diximus cū Eymerico supra sq. 12. huic 2. partis.

b Sententialiter condemnauerunt omnes libros diuinacionum, & sortium.) Facta videtur haec condemnatio, ut constat ex serie huic questionis circa annos Domini MCCXC. Rursum anno Domini MCCCCXCVIII. Parisiis Theologorum scho la intuita in viuera ferè Gallia superstitutiones, dæmonum inuocations, & sortilegia non sine magna fidelium perniciose abundare, decretum cedit. quo dānatur XXVIII. articuli partim hereticales, partim errore, partim vero blasphemie, quos hic breuitatis gratia omitto: leguntur tamen in calce sentiarum Petri Lombardi, & eos refero infra, q. 43.

huic 2. partis,

Diuinationes autem omni iure prohibitas esse copiose docimus in libris de penis hereticorum. leges diuinæ eas magnopere detestantur, Leuit. ca. 19. & 20. & Deuteronom. c. 18. Item iura canonica detestantur, & puniunt acerbè. Concilium Aveyranum, c. 23. Concilium Laodicenum canone 36. sancti Patres uno ore damnant, quorum de hac redicta recitat Gratianus, 26. q. 5. per totum. & suo Carnotensis p. 11. & Burchardus lib. decimo decretorum, et summi Pontifices multis locis, in primis uero in Decretalibus, tit. de sortilegijs, ac de his ritandis in signis extat locus apud Beatum Clementem, lib. 2. c. 66. constitutus. A postolicarum, in hec verba; Fugite quoque incantationes, ariolationes, vaticinia, iustrationes, aruspicina, auguria, necromatiæ, inuocations, quoniam scriptum est: Non erit augurium in Iacob, neque vaticinium in Israel, & rursum, Augurium peccatum est, & alibi Nō augurabimini, & ariolationes, diuinationes, & pythones non sequemini: lustratores non accipiatis, ideo monet trememas dicens: Secundum uias gentium ne ambulaueritis, & a signis celi ne timeritis, haec tenus Clemens.

Item diuinationum libros olim comburendo decreverunt p̄ij Imperatores, ut constat ex l. Matthe- maticus

Diuinationes
omni iure p-
hibita.

Num. 23.

Deut. 18.

Jerem. 10.

Diuinationis
libri combu-
rendi.